

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Constantini studium de Roma, à Maxentij tyrannide liberanda. Cap. XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

rum genera, circa fluuum Rhenum, & oceanum versus occidentem incolentia, quæ audacia & temeritate impulsa seditionem conflassent, penitus repressit: & ex indomitis immanitateque efferatis mansueta effecit & ratione tractabilia. Alia vero, quorum animos adeo insanabiles animaduertebat, ut ad vitam quiete placideque degendam nullo modo viderentur posse traduci, seclusit ab imperio, & tanquam agrestes belluas è patriæ finibus prorsus exturbauit. Itis ratione & consilio ab eo ritè compositis, reliquas orbis partes ante oculos proponens, tandem traiecit ad Britannos oceani littoribus vndeque conclusos. Quos cum vieisset, alias mundi partes, animo complecti cœpit, ut his, qui opis indigerent, subsidio mature veniret.

*Constantini studium de Roma, à Maxentij
tyrannide liberanda:*

CAP. XX.

Deinde in vniuersum totius mundi ambitum, tamquam in corpus immensum aciem mentis intendes, & ciuitatem illam, quæ quasi caput mundi est, totius usque Romani imperij moderatrix, tyrannis in seruitutem datam perspiciens, primum eius in libertatem vindicandæ potestatem illis, qui reliquias imperij partes procurabant, ut pote eum honoris gradum antè ipsum adeptis perinisisit. Verum ubi nullus eorum illi malo remedium potuit afferre, sed qui periculum facere in animum inducebant, turpem habuere exitum, ipse ne vitam sibi vitalem fore dixit, si ciuitatem omnium dominam & reginam ita ægre affectam & afflictam esse pateretur: & propterea ea parare sedulò studebat, quæ videbantur ad delendam tyrannidem spectare.

*Quod Constantinus dum secum eidololatram cedes
animo reuelueret, Christianismum
potius amplectebatur.*

CAP. XXI.

Acum accurate, ratione animoq; lustrando compresisset, propter maleficas & fallaces magorum praestigias

G g z stigias